



**Chronologiae Veteris Testamenti Accvratvm Examen  
Augustißimæ, Invictissimæq[ue] Domui Austriacæ  
Dicatvm**

**Philippi, Henricus**

**Coloniae Agrippinae, 1637**

18. Quid notauerit de hisce hebdomadibus S. Cyrillus, quid S. Chrysost.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64340](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64340)

est templi restauratio, ante Christum 520. *Vide notat. 1. Esai. 4. v. 12. 2. Chron. 36. v. 18. 3. Esai. 54. v. 18.* 6. Mouet quinto loco, quæstionem de ortu Domini nostri Iesu Christi Natali cum Baronio & pluribus alijs consecraui annum 47. Iuliano 194. Lentuli & Messaliani consulatum desinentem, De annis mundi quætoris cap. 11.

Q. 5. De anno nati Christi.

Q. 6. Quando Christus baptizatus.

7. Quærit 6. quo tempore Christus baptizatus sit. Id conigit anno 1. Tiberij, Iuliano 74. Olympiadis 201. quarto, die 6. Ianuarij consolat. Coll. cum ante octiduum ingressus esset annum ætatis sue 31. *Vide notat. Saluatoris, cap. 13.*

Q. 7. Quando Christus mortuus.

8. Quæstionem septimam instituit, de tempore quo Christus Dominus tuus est. Probabile est cruci affixum fuisse, Tiberio V. & Seniano Consulano 76. plures tamen, nec sine ratione passionem Domini inscribunt sequenti, qui fuit 77. Iulianus æræ vulgaris Christi 32. Athenobarbio Coll. desinente anno 3. Olymp. 202. vt disputabam libello citato, & 21.

Q. 8. Quando Titus euerit Ierusalem.

9. Quæstio illius octaua, est de tempore excidij Ierosolymitani, quod à Tito factum est: Anno 2. imperij Vespasiani, expugnata, inuenta, & diruta sunt Ierosolyma, vt bene scribit Pererius. Addo iunc Pascha Iudæorum 15. Aprilis incidisse, & octauam Septembris in sabbatum, Vespasiano & Tito Coll. anno 115. Iuliano: qui sunt characteres infallibiles anni 70. huic enim si addideris 45. prohibet annus ille 115. Iulianus, qui fuit 70. æræ Christi, erat cyclus Solis 23. lit. Dom. G. a fixa ad diem 5. Septembris. Epacta \* quæ Pascha Iudæorum à 15. Aprilis non potest esse ostendit. Vnde manifestè errorem illorum deprehendimus, qui Ierosolymam euerionem in annum 4. Olymp. 212. coniiciunt: hic enim anno Domini 72. cyclus Solis 25. lit. Dom. E. D. Ergo octaua Septembris 3. cyclus Lunæ 16. epacta 22. quæ plenilunium indicat circa 21. Aprilis.

QVÆSTIO XVIII.

Quid notauerit de hisce hebdomadibus S. Cyrillus; quid S. Chrysostomus.

Computus S. Cyrilli.

1. S. Cyrillus Ierosolymitanus Catechesi 12. sexaginta, inquit, & nonaginta hebdomadæ annorum, constituunt quadringentos octoginta annos. Dixit igitur, quod post ædificationem Ierusalem, 483. annis perierat, cum nict quidam alienigena rex, cuius tempore nactetur Christus.

P.  
H. Philipp

Chronolog.  
Ant. Testam.

A IV  
170



Medus edificavit Ierusalem, octavo regni sui anno, primo autem anno secundum Græcos sexagesimæ sextæ Olympiadis, &c. Herodes autem regnabat 186. Olympiade, quarto eiusdem anno. A sexagesima ergo & sexta, usque ad centesimam octogesimalam sextam, intercessere centum viginti Olympiades, & paulo amplius. Congregentur igitur 220. Olympiadum anni, 480. præter tres annos, qui desunt fortassis ex eo, quod inter tertium & quartum assumitur: & habes iam hinc demonstrationem secundum Scripturam, quæ dicit ab exitu sermonis &c.

2. Hic pauculis lineis S. Cyrillus non definit exactè harum hebdomadarum spatium, cum ultimæ nullam faciat mentionem. Sedenim contra Iudæos obiter insinuat, ex prophetia Danielis, & illo Iacobi Vaticinio: non auctur scriptum de Iuda &c. Gen. 49. v. 10. Messiam iam pridem advenisse.

3. Darium Medum confundit cum Dario Hystaspis filio, cuius anno octavo transacto, & nono currente absoluta est fabrica non totius civitatis Ierosolymitanæ, sed templi, quoad omnes partes fluente anno 4. Olymp. 66. at verò anno 6. Darij, Olymp. 66. primo templum, quoad (saltem præcipuas partes) fuisse perfectum Scriptura docet, 1. Eldræ 6. v. 15. Nec dubium est, quin Herodes anno 4. Olymp. 186. fuerit in possessione regni Iudææ, expugnatis sub initium anni 3. Olymp. 185. Ierosolymis, ita ut anni 483. reperiri possint ab anno 6. Darij, usque ad 4. Olympiadis 186. quando Herodes anno iam quinto, ablatum de Iuda sceptrum tenebat. Quo semel admisso corrigit Hebræorum Chronologia, & legitimis argumentis ostendi potest, Herode regnante natum esse Messiam, quem tunc Iacob venturum denunciauit. Itaque S. Cyrillus perfectam hebdomadarum disputationem non absolvit, sed solum ad eam rudiorum Mineiua proludit, nec ait aut Darium imperare cœpisse Olymp. 66. aut Christum Olymp. 186. natum, quicquid referat Pererius lib. 21. in Dap. p. 2. §. Nonæ.

4. S. Chrysostomus tomo 5. Orat. 2. aduersus Iudæos hanc rem perstringit obiter, & ab anno 20. Artaxerxis has septimanas accersit: finem earum non satis declarat. Hoc solum agere mihi videtur, ut ostendat Iudæos frustra Messiam, & Urbis Ierosolymitanæ instaurationem expectare. Utitur autem annis solaribus, dum à Cyro, ad Antiochum Epiphanem, numerat annos 394. Eisdem annos vsurpat S. Cyrillus, ut ex dictis liquet.

*Non est accuratior.*

*Declaratur.*

*Sensus de Chrysostomi.*

\* \* \*

